

Georg Radow

**Georgius Radovius ... In Academia Rostochiensi ... Ad Disputationem
Inauguralem Dn. Johannis Barclai De Tolli, Rostochiensis, Ad diem XXX. huius
Mensis Iunii habendam ... invitat : [P. P. Rostochii sub Sigillo Facultatis Iuridicae
XXI. Iunii Anno M.DC.LXVIII.]**

Rostochii: Kilius, 1668

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740054384>

Druck Freier  Zugang





Wiederherstellung


R U für 1668.

Georg Radovius, Pr. fa.

Johannes Barclai de Tolli, Pusp.







32
Progr
GEORGIUS
RADOVIUS

J. U. D. & Prof. Publ.

h. t.

DECANUS,

FACULTATIS JURIDICÆ

IN ACADEMIA ROSTO-

CHIENSI,

Suo & Dnn. Collegarum Nomine

Ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DN. JOHANNIS BARCLAI

De Tolli, Rostochiensis,

Ad diem XXX. hujus Mensis Junii habendam,

Magnificum Dn. Rectorem, Amplissimum

Utriusq; Republicæ Senarum & cæteros omnes o-

mnium ordinum Cives Academicos ac Literatos ea qua

par est observantia atque humanitate

invitat.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1668.



on irasci ubi oportet, nec ullis, quibus vel ipse oppetaris, vel amici adspergatur, contumeliis commoveri, stolidū esse atq; servile, magnanimū effatum est magni Aristolis *libr. 4. Ethic. Nicomach. cap. 7.* Viri, cujus non levis etiam apud antiquos JCtos fuit auctoritas, *uti apparet ex l. 36. ff. de solut. Respexit autem omni procul dubio summus Philosophus ad innatum omnibus animantibus injurias propulsandi ac vindicandi, studium, nec nostro quidem iudicio merebatur, uti tantā in ipsum acerbitate inveheretur Henningius Rennemannus, qui tractatu de jur. rectorf. cont. verbal injur. part. 2. th. 27.* in hæc injuriosissima sanè verba prolabitur: Abeat, *inquit*, ex Philosophico choro Aristoteles, sanctus ille Philosophus & quibusdam Theologorum DEUS, qui laceffitosis injuria, si vindictam negligant, serviles homines, iudicio verè servili proclamat. Enimverò longè aliter habet; & quid nisi servum potius & naturali ratione prorsus exutum censebimus, qui se suaque tueri nesciat, aliorum injustæ libidini ludibrioque quasi expositus? Inconfesso enim est, defensionem omnibus ipsam naturam indidisse animalibus; Inde cum *in l. 1. §. 11. ff. si quadrup. pauper. sec. dic.* arietes & boves commississent, & alter alterum occidisset, Quintus Mutius distinxit, ut si quidem is perisset, qui aggressus erat,

ROSTOCK
 Typo Johannis Kilianus Anno 1708

sus erat, cessaret actio; Cujus distinctionis fundamentum aliud nullum est, nisi quod animal provocatum, vim propulsaverit secundum naturam, docentem se defendere. Confirmat hoc ipse etiam Cicero, *lib. 1. Offic.* Principio *inquit*, generi animantium omni est à natura tributum, ut se, vitam corpusque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura videntur; uti non immerito ipsum exuisse sit dicendus hominem, qui homini id juris denegatum velit, cujus vestigia sic satis luculenta in ipsis animantibus brutis reperire datur. Maximè si non belluarum more cæcoque impetu, sed ad normam ductumq; rectæ rationis, quâ cæteris homo animantibus præstat, vindicta instituaturn atque dirigatur; ita sc. ut absit ultionis crimen, docente Cothmanno *Vol. 2. Resp. 59. n. 140.* fiatque non tam usciscendi alteriusve dolorem promovendi animo, quam ad injuriæ propulsationem, damni correctionem & pœnæ ultionem. Innuat hoc discrimen Paulus *Jctus in l. 45. §. 4. in fin. ff. ad L. Aquil. ibi: si tuendi non etiam ulciscendi causa factum sit.* Et Augustinus distinguens inter ultionem & libidinem ulciscendi sive alienæ miseræ delectationem *can. 1. 23. q. 3.* A quo non discrepat, quod *in can. 51. 23. q. 4. & in can. 8. 23. q. 5.* elegantissime dicitur: Non resistamus malo, ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum pascit; non ut correctionem hominum negligamus. Imo refert hanc vindictam ipsas etiam inter virtutes Cicero *2. de invent. sent. 22. & 53. dicens*: Naturæ jus est, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem &c. *confer Grot. de jure P. & B. lib. 2. cap. 20. n. 5. seqq.* Cæterum, cum hoc quidem modo certa sit illa vindicationis justitia atq; æquitas, videndum porro etiam est, quo illa pacto ita sit institu-

instituentia, ne in applicatione & exercitio injustitiam
incurrat? Sandè, si jura quidem intueamur, certum est;
si quis aliquod jus de quacunque re vel facto contra ali-
quem se habere putaverit, judicialem adeundam esse po-
testatem, & per eam jus sibi competens exequendum,
per textum expressum. 2. Feud. 53. Idcirco enim judiciorum
vigor, jurisque publicitutelae in medio videtur constitu-
ta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem. *l. 14.
C. de jude & caelicol. neve sibi ipsi jus in eam rem dicat,
l. 13 ff. quod met. caus. l. 7. ff. ad L. Jul. de vi privat. l. 1. §. 2.
ff. quod legator. eoque privatam vindictam exerceat, quæ
non modo prohibita sed punienda quoq; est l. 38. §. 8. ff.
ad L. Jul. de adult. alibiq; passim. vid. Königl. Landfrie-
den zu Wormbs de anno 1495. Erlährung des Landfrie-
dens zu Augspurg de anno 1500. Ränserl Landfrieden zu
Wormbs de anno 1527. Erlährung des Landfriedens zu
Nürnberg de anno 1522. It. zu Augspurg de anno 1548. &
Constit. Crim. Carol. V. artic. 129.* Civilis namque ratio tale
quid abominatur, cujus immobile fundamentum non est
honestas & utilitas. Quam enim indecorum, confun-
dere munera Magistratum & subditorum? ut adeo, quod
Rex vel alius quispiam, cui Imperium Dii dederunt, ex-
ercere debuisset propter terrorem multorum, à privatis,
quibus sola est relicta obsequii gloria, perpetretur ob odi-
um. Imo & ipsa natura à privato illo vindicationis genere
abhorrere videtur, cum alio fine civilem inter homines
societatem non constituerit, nisi ut Imperii & subjectionis
discrimen introduceret: nec imperium & subjectionem,
nisi ut illud coercendi jus, ne fiat elusorium, habeat,
hæc vero ad servandum imperata vel virtutis amore,
vel poenarum metu obligetur, ut ut dissentiat Grotius *al-
leg. loco m. 13.* Verum enim vero pro Regula saltim hæc-

nus

mus proposita, accipi velimus, quæ suas quibusdam
casibus admittat exceptiones. Quid enim si aut saluti
publicæ, aut vitæ, pudicitiaëq; quin imò & aliis bonis
nostris aliquod, & quidem præsentissimum immineat
periculum? Hoc sane casu & naturalia & civilia jura
eam vindictam, quæ sit defensionis gratia in continen-
ti & adhibito rectæ rationis moderamine, excipere,
tam est certum quam quod certissimum. Non scripta
sed nata lex est, *inquit Cicero in Orat. pro Milon.* quam non
didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa
arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non do-
cti sed facti, non instituti sed imbuti sumus: ut, si vita
nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela aut latro-
num aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio
esset expediendæ salutis. Silent enim leges inter arma,
nec se expectare jubent, cum ei, qui expectare velit,
antè injusta pœna luenda sit, quam justa repetenda.
Nec licita saltem sed præcepta hæc est defensio, ita ut,
qui publicum hostem, latronem, nocturnum agro-
rum depopulatorem, injustumque quemvis aggresso-
rem, cum posset à medio non sustulerit, de occulta
non tantum societate suspectus, sed in Deum quoq; &
Rempublicam, imò & seipsum fiat injurius. *Tor. Tit. C.*
ibiq; DD. quand. lic. unicuiq; sine jud. se vindic. Can. qui potest.
23. q. 3. can. 9. & 19. 23. q. 5. Obrecht de necess. defens. cap. 1. n. 29.
Ungehaur Exercit. 1. quest. 13. Et quid nisi privata vindicta,
qua patri jus datur occidendi adulterum in flagranti
crimine deprehensum cum ipsa filia. *l. 20. seqq. ad L. Jul.*
de adult. & Constit. Carol. artic. 142? quid, qua vi maritalis
potestatis, marito licet adulterum, & quem suspectum
tantum modo habet, si ter ipsi testato, ne cum Uxore
sua versaretur, denunciaverit, domi suæ deprehensum
interfi-

interficere l. 24. ff. § l. 4. C. d. Tit. Nov. 117. cap. 15. *authentic.*
si quis. C. cod. Constit. Crimin. Carol. alleg. articl. Intentionem nostram, ut alia, de quibus alibi differere meminimus, jam taceamus, non obscure etiam probat celebratissimum & non unius iudicii approbatione confirmatum illud, contra injurias verbales, remedium, quod JCtis dicitur RETORSIO. Eô namq; si quispiam acerbius atq; etiam injuriosius in se dicta vel scripta, observatis tamen de jure observandis, legitimè vindicaverit, is & iudex & ultor s. vindex, in eo, quod autoritate juris implorare atque etiam obtinere poterat, extitisse, eoq; actionis sibi titulum corrupisse, abs excellentissimis & in juris praxi versatissimis viris verè non minus quam constanter asseritur, *Ulti videre est apud Carpzovium p. 2. Prax. Crim. q. 97. n. 34. Peretz. ad Tit. C. de Injur. n. 10. Berlich. p. 5. concl. 64. n. 38. Anton. Faber. ad C. lib. 9. Tit. 20. def. 8. Harprecht. Tract. Crim. ad §. 12. J. de injur. n. 73. confer. Dominus Bæbler. Dissert. ad Sveton. Vespasian. tb. 11. in fin.* pluribus etiam in Inaugurali hac Dissertatione prosequitur Nobilissimus atq; Eximius VIR, DN. JOHANNES BARCLAI DE TOLLI Rostochiensis, Candidatus noster dignissimus. Natus ille est Anno 1638. Patre Nobili & Præstantissimo DN. PÉTRO BARCLAI, ex nobilissimo sanguine antiquissimaque Barclajorum de Tolli familia Bamphiâ oriundo, Cive quondam & Mercatore hujus Reipublicæ primario, Matre vero, Fœmina omni præclarissimarum virtutum genere ornatissima ANGELA von Behden; Cumq; annos circiter decem natus Urbicæ nuic Scholæ commissus per triennium tyrocini rudimentum deposuisset, traditus tandem est curæ atque informationi Nobilis. DN. ERNESTI COTHMANNI
Magni

Magni illius JCTi consanguinei, qui & fidelissima insti-
tutione tanta ipsum imbuere doctrina, ut dignus habitus
sit, qui Osnabrugam in Gymnasium mitteretur Anno
1653. Commoratus ibi integrum biennium laudatis-
simos sub Clarissimo Viro M. DITHRHELT Gymnasii
Rectore, fecit progressus. Defuncta demum Matre,
domum reversum, Curatores commiserunt fidei ac In-
spectioni Clarissimi hujus Academiae tum temporis
Professoris jam vero Pastoris ac Superintendentis
Stralsundensium meritissimi, Viri Plur. Reverendi Am-
plissimi & Excellentissimi DN. D. BERNHARDI GOS-
MANNI, qui tanta ipsum auxit scientia, ut Academi-
cam vitam aggredi mereretur. Quem in finem Anno
1656. Gryphisvaldiam concessit, majori tamen Philo-
sophici studii, quam Jurisprudentiae fructu. Coeterum
& hanc, elapso anno domum reversus, maxima am-
plexus est curam, usus ad id opera JCTorum hujus Aca-
demiae Excellentissimorum DN. D. LEMBKENII, DN.
D. REDEKERI & DN. D. LAURENBERGII. Nec du-
bitavit idem decurrere stadium, eum Francofurto ad
Moenium, post visam augustissimam Coronationem In-
victissimi Potentissimique Imperatoris LEOPOLDI I.
Heidelbergam, Marpurgum, Giesam Helmstadium-
que inviseret, ubi inter alios celeberrimum JCTUM
HAHNIUM & Jurispublici Doctorem CONRINGIUM
audivit. Continuatim perfectisque hunc in modum,
studiis, peregrinationi se dedit, visaq; Hollandia & ex
parte etiam Gallia, haud in auspiciato Rigam demum
venit, ibique, postquam advocando suam proderet
Doctrinam pariter ac dexteritatem, elapso triennio, &
viviſq; sublato ejus Socero. Viro sc. Nobilissimo ac
Consultissimo Domino Stephano a Derenthal, judicii
provin-


provincialis Episcopatus Suedemoren. Assessor, atq; Reipub. Rigenis Advocato Fisci dignissimo, ex singulari Dei providentia, Spartam cui pie defunctus Socer prae fuerat consequutus est, & adhuc dum obtinet. Cumque nuper aditum sibi ad honores in Facultate nostra impetrandos pate fieri rogasset, dignum se nobis in privato demonstravit examine, quem porro in arenam publicam solemniter educeremus, disputaturum de ancipitijuris materia: nempe DE INJURIARUM VERBALIUM RETORSIONE. Uti vero hic actus eo reddatur illustrior atque splendidior, ego, meo Amplissimaq; Facultatis nomine, Magnificum DN. Rectorem, Amplissimum Utriusq; Reipublicae Senatam, Excellentissimos omnium Facultatum Doctores & Licentiatos, Verbi etiam Divini Ministros, Philosophiae Magistros, quique praeterea literarum castra sequuntur & jus amant, ea, qua par est observantia & humanitate, rogatos atque invitatos volo, ut sua benevolentia, attentione & amica, quibus lubet, collatione Domino Candidato ad diem hujus Mensis Junii 30. adesse dignentur. Nulli dubitamus, quin apud ipsum praecclare vestrumposituri sitis studium atque beneficium. Nos quoq; de singulis bene rursus mereri, nullo non loco, nullo non tempore erimus memores. Valere.


P. P. Rostochii sub Sigillo Faculta-


tis Juridicae XXI. Junii Anno


M. D. C. LXVIII.











mus proposita, accipi v
casibus admittat excepti
publicæ, aut vitæ, pudic
nostris aliquod, & quid
periculum? Hoc sane c
eam vindictam, quæ sit d
ri & adhibito rectæ ratio
tam est certum quam qu
sed nata lex est, *inquit Cic*
didicimus, accepimus, le
arripuimus, hausimus, e
cti sed facti, non institut
nostra in aliquas insidias
num aut inimicorum in
esset expediendæ salutis.
nec se expectare jubent,
ante injusta pæna luenda
Nec licita saltem sed pra
qui publicum hostem, I
rum depopulatorem, inj
rem, cum posset è medi
non tantum societate sus
Rempubicam, imò & sei
ibiq; DD. quand. lic. unicuiq;
23. q. 3. can. 9. C. 19. 23. q. 5. O
Ungehaur Exercit. 1. quest. 13
qua patri jus datur occi
crimine deprehensum cu
de adult. & Constit. Carol. ar
potestatis, marito licet ad
tantum modo habet, si te
sua versaretur, denuncia

æ suas quibusdam
id enim si a ut saluti
n imò & aliis bonis
issimum immineat
alia & civilia jura
gratia in continen
amine, excipere
um. Non scripta
ro Milon. quam non
um ex natura ipsa
ad quam non do
i sumus: ut, si vita
si in tela aut latros
nnis honesta ratio
leges inter arma,
ui expectare velit,
iusta repetenda
est defensor, ita ut,
nocturnum agro
quem vis aggresso
lerit, de occulta
in Deum quoq; &
injurius. *Tor. Tit. C.*
indic. Can. qui potest.
ß. defens. cap. 1. n. 29.
i privata vindicta,
terum in flagranti
l. 20. seqq. ad L. Jul.
i, qua vi maritalis
quem suspectum
o, ne cum uxore
sua deprehensum
interfi-

